



**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

Quod consideratio beneficiorum Dei, præsertim passionis Christi, ad
mundi contemptum nos debet inducere. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](#)

H.
s via
s tua,
us, &
uam,
m, &
eriz.
cois.
s vir-
uan-
poris
res à
om-
pter
bui-
ndi-
mē-
lifi-
dig-
ho-
aci-
teri-
te-
inū
Sic
Sic
nia
&
are
as,
per

DE ARCTA VIA SALV 313

per hæc dæmoni & peccatis deseruias. *Iohan. 8.*
Qui enim vitijs seruit, dæmonis seruus
est.

Quod consideratio beneficiorum Dei,
præ/eritum passionis Christi, ad
mundi contemptum nos
debet inducere.

ART. XII.

Miserationū dñi recordabor
laudē dñi sup omnibz q̄ red *Esaiæ 63,*
didit nobis, & qlargit⁹ ē no
bis secundū indulgētiā suā.
Si scire volumus. quanta sollicitudine
viā salutis quærere atq; incedere, oīa
vanamundiq; gaudia spernere debea-
mus, sapienter pensemus, qd ipse vni-
genitus Dei, verus Deus pro nostra sa-
lute assumpsit, fecit & pertulit. Quum
nāq; sit ipse sapiētia Dei patris, sapien-
tia vtiq; increata, æterna, genita & im-
mēsa, nō sine cō digna causa & maxīa
rōne pro nobis tanta assumpsit, egit &
passus ē. Quoniā itaq; pro nostra salu-
te vnicus Dei filius, Deus oīpotēs & p-
fectus, humānā naturam assumpsit, in
mundo tot cōuersatus est annis, tātos
pro nostri instruētione & redemptiōe

o

labo.

314 D. DIONYS. CARTH.

labores sustinuit & demum acerbissimam mortem perpessus est, non negligamus nosipos, nec propriam parvupendam salutem. Non putemus nos remissemus & superficietenus operando, mundi vanitatibus inhibiendo, intimo ratè viuendo posse saluari. Non sicuterna pœna euaditur, nec beatitudo cœlestis acquiritur. Christus siquidem passus est & crucifixus, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius. Necesse est ergo ut eius passionis oportemur, eiq; cōmoriamur. Nam quise dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, ipse ambulare. Hinc dicit Apostolus: Si comortui sumus, & con regnabimus. Et iterum: imitatores Dei estote, sicut filij charissimi. Sed quid est CH R I S T I passionis conformari, Christoque commori, & eius vestigia sequi, nisi vanitates & vitia mortificare, diuinotimore corpus configere, libertatem propriam sub diuinæ legis præceptis fortiter coartare, diuinæ voluntati nostram in omnibus subderet. Quum ergo credamus Deum & dominum nostrum I E S U M Christum in mundo hoc in omni paupertate & patientia, in omni humilitate & mansuetu-

I. Pet. 2.

i. Ioan. 2.

2. Tim. 2.

Ephes. 5.

Psal. 113.

DE
suetu
ction
nes, ce
& fat
lisfe:
mort
bitre
affli
viuat
nitat
seruu
Greg
& qua
passi
terea
Bern
te al
pro t
lor q
te pa
affici
or,
te ex
exter
qui
ista n
dis, r
tias f
sider

H.
bissi-
negli-
arui-
s nos
ndo,
timo
sica-
tudo
dem
qués
eius.
for-
uis se
t ille
dicit
con-
Dei
quid
ari,
igia
fica-
li-
egis
e vo
eret
mi-
in
pa-
an-
tu-

DE ARCTA VIA SALV. 315

suetudine, in omni charitate & perfe-
ctione vixisse: innumerabiles irrisio-
nes, contumelias, blasphemias, labores
& fatigations patientissime pertu-
lisse: & tandem amarissimum genus
mortis subiisse, indecentissimum ar-
bitremur. ut domino sic conuersato,
afflito, occiso, seruus eius in delitijs
viuat, in diuitijs gaudeat, in mundi va-
nitatibus se oblectet. Non enim est
seruus maior domino suo, Hinc dicit *Ioan. 13.*
Gregorius: Nihil tam graue, quod non *Gregor.*
æ quanimiter tolleretur, si Christi
passio ad memoriam reuocetur. Præ-
terea audi sanctum deuotissimumque
Bernardum in persona C H R I S T I
te alloquentem: O homo vide quæ
pro te patior. Non est dolor sicut do-
lor quo crucior. Ad te clamo, qui pro
te patior, vide poenas quibus pro te
afficior, vide clausos qui hucus confodi-
or, vide quomodo toto corpore pro
te extendor. Et quum sit tantus dolor
exterior, intus est planctus grauior,
quum te tam ingratum experior. Si
ista mi dilecta intenta mente perpen-
dis, mundum contemnis, concupiscen-
tias frangis, C H R I S T U M sequi de-
sideras, cuncta quæ mundi sunt toto

o - 2

corde

316 D. DIONYS. CARTH.

corde abhorres, cum his qui in vanitate ambulant permanere recusas. Absit autem ut tantis Christi beneficijs sis ingratus. Ingratus es, si non gratias agis. Nec gratias agis, si non recogitas, attendis & recognoscis. Quum maxima ingratitudinis pars (iuxta Senecam) sit beneficij collati obliuio. Omni itaque die recogita, quid ipsemet D E V S pro tua salute fecit & pertulit. Præterea alia beneficia D E I nobis exhibita adeo multa & magna: & pene innumerabilia sunt: ut ex consideratione eorum merito accendi debamus diuino amore, & zelo honoriandi Deum, cum omni deuotione, affectu quoq; gratias semper agendi, & Deum incessanter laudandi. Nonne à Deo excelso suscepimus, quicquid sumus siue habemus, bona fortunæ, dona naturæ, esse, vivere, sentire, intelligere: munera gratiæ, fidem, spem, charitatem: septem dona spiritus sancti, sacramenta ecclesiæ, superdignissimum sacramentum altaris. Quoties nobis peccantibus Deus clementer percepit, quam pie nos præuenit, à quantis peccatis atque periculis preseruavit, quā ita dona gloria nobis promisit, quot

insuper

In gratitudo
y de oria-
tur.

Seneca.

1. Cor. 4.

H.
ita-
abit
s sis
as a-
itas,
axi-
ne-
Om-
met
rtu-
no-
&
nsi-
de-
no-
af-
e à
su-
do-
lli-
ha-
ti,
um
bis
it,
ec-
ä-
ot
per

DE ARCTA VIA SALV. 317

insuper homines ! nunc æternaliter
condemnauit , qui minus quam nos
peccauerunt. Non beneficiorum tan-
torum efficiamur immemores. Sed
cum Psalmista humili grataque men-
te dicamus: Quid retribuam Domino,
pro omnibus quæ retribuit mihi? Aga *Psal. 115.*
mus quoque quod ipse ait : Benedi- *Psal. 33.*
cam dominum in omni tempore, sem-
per laus eius in ore meo. Pessimum e-
tenim vitium est ingratitudo, illa pre-
cipue qua DEO liberalissimo immen-
sæq; dignitatis benefactori sumus in-
grati. Si quis tibi manum aut pedem
abscinderet : quantum diligeres eum,
qui amputatum tibi restitueret mem-
brum? Si cæcus, mutus, surdus, claudus-
re es: quantum diligeres qui natu-
ralem defectum curaret ? Quomodo
ergo Deum feruenter non diligis , qui
vniuersa bona præfata tibi largitur est,
& multo maiora sposest? Tanta igit
tur Dei munificentia & beneficentia
circa te. ad mundi contemptum te in-
citet, atq; ad aggrediendum ea per que
Deus potissimum honoratur, inducat.
Certum est utiq; quod quanto quis p
naturalia dona magis dispositus est ad
virtutes, eo grauius peccat vitiis, mū-

O 3 dane:

318 D. DIONYS. CARTH.

dane, inaniterq; viuendo, Tu vero in
naturalibus optimè es dispositus ad
vniuersas virtutes, idcirco non parum
dolendum existimo, quod te ad vitam
virtuosam dare retardas.

*Incitatio ad mundi contemptum, ex
consideratione promissorum Dei.*

Articulus XIII.

2. Cor. 4.

D quod in præsenti est mo-
mentaneum & leue tribula-
tionis nostræ, supra modum
in sublimitate æternum glo-
riæ pondus operatur in nobis. non
contemplantibus nobis ea quæ viden-
tur, sed quæ non videntur. Quæ enim
videntur temporalia sunt, quæ autem
non videntur æterna sunt. Ex his beati
Pauli verbis, mox innotescit quod tri-
bulatio electorum in vita præsenti,
quantumcunque diurna, grauis a-
cerbaque fuerit, tamen futuræ retrí-
butionis, cælestiæ gloriæ respectu mo-
mentanea fertur & leuis. Incompre-
hensibilis namq; atq; ppetua est mer-
ces futura, Porro perfectus potissimus
que Dei amator est, qui non mercedis
intuitu, non propriæ utilitatis affectu,

no